

Quoniam est homo qui timet dominum: legem
 statuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur:
 et semini eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timetibus eum:
 et testamentum ipsius ut manifestetur illi.
Oculi mei semper ad dominum quem ipse evel
 let de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei: quia
 inimicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multipli
 cate sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam et laborem
 meum: et dimitte universa delicta mea.
Respice inimicos meos quoniam multiplica
 ti sunt et odio aliquo oderunt me.